VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



ad ea cum clamore currebant. In desertis
habitabant torrentum. et in cauernis terre. uel sup
glaream. qui inter hinnitientes letabantur. et esse
subsentibus delicias computabant. filii stulorum
et ignobilium. et ita penitus non parentes. Nunc
in eorum canticum uersus sum. et factus sum eis in p
uerbium. abhominantur me. et longe fugiunt a
me. et faciem meam conspuere non uerentur.
Pharetram enim suam aperuit. et affixit
me. et frenum posuit in os meum. Ad dexteram
oriuntur calamitates mee. iuxta me surrexerunt
pedes meos subuertere. et oppressere semitas
meas. Dissipauerunt iniuria me
a. insidiati sunt mihi. et preualuerunt. et non fuit
qui ferret auxilium. Quasi rupto muro et
aperta iamia irruerunt sup me. et ad meas
miserias deuoluti sunt. Redactus sum in
nihilum. Abstulisti quasi uentum desiderium meum
et uelut nubes pertransiit salus mea. Nunc autem
in me metipso marcescat anima mea. et possi
deant me dies afflictionis. Nocte os meum
perforatur doloribus. et qui me comedunt non
dormiunt. In multitudine eorum consumitur
uestimentum meum. et quasi capitio tunice
succinxerunt me. Comparatus sum luto. et
assimilatus sum fauille et cineri. Clamo
ad te. et non exaudis me. sto. et non respicis
me. Mutatus es mihi in crudelem. et in duricia
manus tue aduersaris mihi. Eleuasti me. et quasi
sup uentum ponens elisisti me ualde. Scio
quia morti tradas me. ubi constituta est domus
omni uiuenti. Verumtamen non ad consideracionem
eorum emittis manum tuam. Et si corruerint
ipse saluabis. Flebam quondam sup eo qui
afflictus erat. et compatiebatur anima mea pau
pri. Expectabam bona. et uenerunt mihi mala.
Prestolabar lucem. et irruerunt tenebre. Inte
riora mea efferbuerunt absque ulla requie.
Preuenerunt me dies afflictionis. Mestus
incedebam sine fauore. Consurgens in tur
ba clamauit. Frater fui draconum. et socius
strucionum. Cutis mea denigrata est super
me. et ossa mea aruerunt pecunate. Versa
est in luctum cythara mea. et organum meum
in uocem flentium. Pepigi fedus cum oculis meis.
ut ne cogitarem quidem de uirgine. Quam
enim partem haberet deus in me desup. et here
ditatem omnipotens de excelsis. Numquid non
perdicio est iniquo. et alienacio operantibus in
iustitiam. Nonne ipse considerat uias meas
et cunctos gressus meos dinumerat. Si am
bulauit in uanitate. et festinauit in dolo pes
meus. appendat me in statera iusta. et sciat
deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus
meus de uia. et si secutus est oculus meus cor
meum. et in manibus meis adhesit macula.
seruiat. et alius comedat. et progenies mea era
dicetur. Si deceptum est cor meum sup mulie
re. et si ad ostium amici mei insidiatus sum. scortum
sit alteri uxor mea. et sup illam incuruentur
alii. Hoc enim nefas est. et iniquitas max
ima. ignis est usque ad perdicionem deuorans
et omma eradicans genimina. Si contempsi
subire iudicium cum seruo meo. et ancilla mea.
cum disceptarent aduersum me. quid enim fa
ciam cum surrexerit ad iudicandum deus. et cum
quesierit quid respondebo illi. Numquid
non in utero fecit me qui et illum operatus
est. et formauit me in uulua unus. Si ne
gaui quod uolebant pauperibus. et oculos
uidue expectare feci. si comedi buccellam
meam solus. et non comedit pupillus ex ea.
quia ab infancia mea creuit mecum misera
cio. et de utero matris mee egressa est mecum.
si despexi pereuntem eo quod non habuerit
indumentum. et absque operimento pauperem. si
non benedixerunt mihi latera eius. et de uellere b
ouium mearum calefactus est. si leuauit manum
meam sup pupillum. etiam cum uidere me in por
ta superiorem: humerus meus a iunctura sua
cadat. et brachium meum cum suis ossibus confrin
gatur. Semper enim quasi tumentes sup me
fluctus timui dominum. et pondus eius ferre non
potui. Si putauit aurum robur meum. et obri
zo dixi fiducia mea. si letatus sum super
diuitiis meis multis. et quia plurima repe